Quelle: http://manuscripta.at/?ID=39405
Copyright: Melk, Benediktinerstift



Quo tempore etatis ad studio pueri sint applicandi

Danda est igitur summo studio litteris opera
Sed quesitum olim fuit. quo tempore tradi
ris pueros oporteret / Ante septimum annum
non placebat hesiodo. quoniam illa prima
etas / et disciplinae capax et laboris patiens
videretur / Idem quoque precepit herasthotenes
Sed Aristophanes / atque Chrysippus quibus
et Quintilianus assentitur / nullum tempus
natale tuis voluerunt / fuisset igitur abipsis
cunabulis inspiciendum ut nutrices etiam
non nihil tibi contulissent / quas si fieri posset
sapientes Chrysippus optavit. neque ab illis
contagionis contrahi posset / deteriora namque
firmatus herent / et bona facile mutantur
in penis / Matertnus sermo sapiencia condita
et elegancia sepe filius profuit / ut de Cor-
nelia gracchorum matre plerique tribunt.
Cuius eloquencia in filios redolebat. Multum
interest facunde sint. an rudes. prudentes
an stulte / que pueros nutrient. Sive matres
sint sive alie quevis. Sed tu iam nutritus
es apud nugas / Matrem clarissima et
ultra modum eloquentissimam. prius am-
sisti quam nosse potuisti. Sed omittamus
preterita que magis culpari quam reformari
possunt. Ad tempus in quo nunc es venimus
Credimus te instructum esse ut oportunum
decet. orationem fide dignam. Salutatione
beate virginis. Johannis euangelium Sym-
bolum fidei / Collectas quoque plures / Que sint
mortis peccata. Que sancti spiritus dona. Que
magni precepta dei / Que opera misericordie